

Universitätsbibliothek Paderborn

Virgo Lavretana Commentariis Illvstrata Sive Compendiosa Explicatio Litaniarvm Lavretanarvm

Dript, Laurentius a Nevhvsii, 1673

Caput Vigesimum. Sextum. Encomium Marianum Trigesimum Primum. Janua Coeli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43641

436 LETANIAE LAURETANAE

CAPUT VIGESIMUM. SEXTUM.

Encomium Marianum Trigesimum Primum.

JANUA COELI.

PRæconio præcedenti Virgo sacratissi-ma Arcæ fæderis & Noë comparata suit eò quod per ipsam tanquam Arcam fæderis inter cœlum & terram, Deus in carnehumana pij/fime assumptainter nos habitare dignatus sit: tum etiam quia per eamà generali peccati diluvio tanquam mediatricem, & matrem mediatoris omnes liberantur quotquot liberantur, sicuti per Arcam solus Noë & filij liberati sunt, nec quifquam fine Noë generale diluvium aquarum, nec quisquam sine Arca MARIANA generale peccati diluvium evadere quivit: licet enim posset sine Virgine Matre nobis hæcbeneficia conferre Deus; nequaquam tamenid facit, sed per eam veluti per cœlestem quandam canalem, omnia *fua*

ti

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

437

fua ad nos beneficia manare voluit: ita Bernard. serm. 2. Grali. de Virgine Deipara: Cateruminquit quidquidillud est quod offerre paras, MARIÆ commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratia gratia redeat quo influxit. Neque enim impotens er at Deus, & fine hoc aquaductu infundere gratiam proue vellet: sedtibi vehiculum voluit providere. Forte enim manus tua aut sanguine plena, aut infectamuneribus, quod non eas ab omnimunere excussifi. Ideog modicum istud quod offerre desider as, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis MARIÆ manibus offerendum tradere cura, sinon vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quedam lilia sunt, nec causabitur ille lilioruminter lilia non inventum, quidquid illud sit quodinter MARIÆ manus invenerit: Hucusque virgineo lacte potatus Bernardus: Ex quibus liquido constat quidquid praced. Cap. paucis demonstravimus ipsam Arcam esse per quam liberantur & salvanturomnes: ut ideo jure merito (quod in præsenti demonstrandű est) ab Ecclesia Ianua & Porta non materialis sed spiritualis cæli cosalutetur. Ipsa etenim verissime janua & porta est, per quam tot Ff 2 mille-

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

m

Mi-

uit

ris

111-

re

e-

ri-

1e-

IT-

if-

12-

VA

ui-

re

112-

uti

nia

ua

milleni, & propemodum infiniti peccatores desperatissimi, cœlestem beatitudinem adierunt, alioquin inferni ignibus adjudicandi, imo aliquando adjudicati. Ethæc veritas tam clara & ab omnibus sanctis Patribus recepta est, ut eidem inhærere & id probare velle, sit soli facem admoveres nihilominus paucis demonstratur.

§. I.

Ionys. Carthus. dum commentaturin Cap. 8. Cant. disertis verbis eam portam & oftium effe per quod ad cœlum & Deum nobis pateat aditus afferit: explicans siquidem verba: Soror nostraparvula est, ubera non habet quid faciemus sororinostra in die quando alloquenda est, si murus est adificemus super eum propugnacula, si oflium, &c. Viigue ait ostium fuit divinissima Virgo, per quam Salvator venit in carne assumpta adgenus humanum, Eper ip sum omnes accessum habemus ad Salvatorem & judicem nostrum tanquamper pissimam portam omnibus patulam & apertam. Et sicut Christus est Deus noster & misericordia nostra, sicipsa est Mater & Do. mina uostra, misericordia janua: ut merito in eam quadrent verba Patriarcha Iacob, verè bacest

bac est domus Deier portaceli per quam omnes introitum habent ad vitam : juxta quod di-Etumest ab ea, qui me invenerit inveniet vitam & hauriet salutem à Domino: Beatus proindequi vigilat ad fores meas quotidie & observat ad postes oftig mei. Sed & S. Anton. Episc. Florent. 4. cap.tit. 15. cap. 20. cum 12. Quafi ex uno cum Bernardo ore loquens eam cœli portam ac januam asserit ob duplicem causam: Primo quidem quoniam per eam exivit è cœlis quidquid unquam gratiæ exivit in mundum: Secundo quidquid boni de terris intravit in cœlum (ut sancti omnes) per iplam ut portam intravit. Conformiter ad mentem & verba S. Bernardi serm. Grali. de Virgine Deipara: Altius inquientis intueamini quanto devotionis affectu à nobis eam voluerit honorari qui totius boni plenitudinemposuit in MARIA, ut proindessi quid spei in nobis est, si quid gratia, si quid salutis, ab ea noverimus redundare, que ascendit delitis affluens. Porta ergo cœli merito dicatur per quam è cœlo descendit humanamque carnem assumpsit unigenitus patris, Porta inquam orientalis Ezechieli in visione præostensa: unde Anonymus Virginem sacratissi-Ff 3 mam

C

a-

id

C:

in

11-

8

li-

la

28.4

fi-

·C.

n --

792

er

10=

in

rè

440 LAETANIAE LAURETANAE

mam alloquens: Tu palam inquit designataes porta solis ex alto progressi, tu thronus excelsus, tu scala sublimis & ad cælum usque porrecta, per quam Christus à nævis omnibus libera Virgo descendit, cum gamortalibus in exilium pulsis agere vitam incepit. Et S. Hieron. lib. 1. advers. Iovin. tom. 2. Hæc est ait porta orientalis utait Ezechiel semper clausa, & lucida operiens in se & ex se proferens sancta sanctorum per quam soljustitiæ & Pontifex noster ingreditur & egreditur.

S. 2.

La quidem Virginem sacratissimam per portam illam Ezechielis 44. suisse præsignatam quilibet textum inspiciens facile cognoscet: sic enim habet & convertime inquit Propheta adviam porta sanctuarij exterioris qua respiciebat ad orientem & erat clausa: & dixit Dominus ad me: Portahac clausa erit, non aperietur, & vir nontransiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam eritg, clausa principi. Quem locum etiam Virgini sacratissima convenire monstrat S. Ambr. in lib. cui titulus institut. Virg. cap. 7. Porta hac clausa erit, & c. Qua est inquit hac porta nisi Maria? ideo clausa

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM. 441

clausa quia Virgo. Porta igitur MARIA, per quam Christus intravit in hunc mundum, quando virginali fusus est partu virginitatis claustranon solvit, sed inviolate integritatis duravere signacula: cum exiret ex Virgine cujus altitudinem mundus sustinere non potuit. Hecporta clausa erit & non aperietur. Bona porta MARIA que clausa erat & non aperiebatur: Transivit per eam Christus, sed non aperuit, in qua sedit Christus & exivit, eritg, post transitum Domini clausa. Hac portarespiciebat ad orientem quoniam verum lumen effudit, que generavit orientem peperitg, Solem justitia. De ea dictum est ad Ecclesiam, quoniam confortavit seras portarum tuarum, & suam portam confortare non posset? sed confortavit profecto & servavit intactam, quam semel clausit sanctus & verus qui habet clavem David, qui claudit, & nemo aperit. Hucusq; Ambros. quem è vestigio sequitur ejus per fidem & doctrinam Christianam filius August. Factaest MARIA ait fenestra cœli, quia per ipsam Deus verum fudit saculis lumen. Fa-Eta est MARIA scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit interram, ut per ipsam homines ascendere mereantur in calum. Facta est Ff 4

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK PADERBORN

es

15,

de

lis

rs.

ait

1/e

im

m

Te

115

94-

d-

e-

RG

iet

ef-

m

Co

11-

PG.

leo

ula

442 LATANIA LAURETANA

MARIA restauratio fæminarum, quia per ipsam à prima maledictionis ruina probantur esse subtracta. Dicat Virgo MARIA portafa-Eta sum cœli, facta sum filio Dei. Illa portafacta elausa quam in visione divina Ezechiel vidit Propheta. MARIA enim semper erit intacta Virgo in partu, & Virgo post partum. Quinatus de ventre meo me Matrem dimisit inta-Etam adimplevit ventrem meum divinitate, Guterum meum non evacuavit castitate. Et ut bene inquit Rupertus lib. 3. de divinis officijs cap.13. Maxima portarum cæli quas Dominus ut hoc manna scilicet filium suum plueret nobis aperuit, MARIAexstitit: per quamadnos verbum caro factum de cœlo descendit : Het verbum illud ita plena gratia concepit: ut vistbilem hominem factum pareret in veritate carnis eodem spiritu sancto, & per ora Prophetarum verbum hoc eloquente, & conceptionem ejus in utero Virginis operante.

SEd inter hæc difficultas occurrit ex Verbis Prophetæ Ezechielis: Si porta Maria dicet aliquis cur clausa, quæ nobis critin hac porta utilitas, quod solatium, si non datur nobis sed soli principi introitus

ad,82

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

445

ad, & per eam : sed non est quod tristemur. Est enim MARIA porta & clausa & patens, clausa principi, patens pecatoribus, clausa contra violationem, patens ad intercessionem: imo ideo patens peccatori ad se confugienti, quia clausa principi, seu quia mater Dei: per hoc enim meruit ut quidquid gratiæ, quidquid consolationis, quidquid salutis est in nobis, per eam tanquam per portam, per mediatricem, & canalem ad nos derivetur: & ita per eam ad beatitudinem cœlestem, à qua per Eva peccatu exclusi eramus, redeamº: Ab ore enim ejus pendet teste Bernardo serm. 4. sup.miss. consolatio miserorum, redemptio captivorum, liberatio damnatorum, & salus universorum filiorum. Adam. Assidue proinde ad hanc cœli portam, orationis clavem dirigamus ut se nobis referare, & ad coelestem beatitudinem introitum gratiose concedere dignetur: jam enim advertistis cum Doctore mellifluo serm. 2. in Adv. ni fallor quoniam Virgoregia ipsaest via, per quam Salvator advenit, procedens exipfius utero tanquam sponsus de thalamo suo. Tenentes ergo viam studeamus, & nos dilectissimi ad ipsum per eam ascendere, quiper

t

t

15

26

9

S

444 LAETANIAE LAURETANAE

qui per ipsam ad nos descendit, per eam venire in gratiam ipsius, qui per eam in nostram miseriam venit. Per te accessum habeamus adfilium o benedicta inventrix gratia, genitrix vita mater salutis: ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. Fac o benedicta per gratiam, quam invenisti, per misericordiam quam peperisti, ut qui te mediante dignatus est sieri particeps insirmitatis es miseria nostra: te quoque intercedente participes nos faciat gloria, es beatitudinis sua IESVS Christus Dominus noster, qui est super omnia benedictus in sacula, Amen.

pre

pri

dir

ut

ce

ali

(a

par

un

pai

cla

ter

ta

eu

fer

lej

cli

P

il

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

Encomium Marianum Trigesimum.
Secundum.

STELLA MATUTINA.

VIrginem sacratissimam stellam esse fusius ostendimus cum dulcissimum nomen ejus quod est Maria explicavimus: idque tum quod nomen illud interpretetur